

hoc in beneficio, libere illo potiretur ecclesia, cuius usum fructuarium precio dato sepe dictus abbas redimens liberam fecit possessionem. — —

Data Colonie octavo decimo septembris, inperante domno Friderico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius quarto decimo, (SJ.)

5 imperii undecimo, anno pontificatus domni Reinoldi Coloniensis archiepiscopi primo; in dei nomine amen.

## 337.

*Kaiser Friedrich I. bezeugt die mit Genehmigung des Bischofs Udo von Naumburg, des Markgrafen Otto von Meissen und aller Fürsten des Landes vorgenommene Vertauschung des Schlosses Freckleben und der Abtei Nienburg gegen das Schloss Schönburg an Erzbischof Wichmann von Magdeburg. —*  
10 *Zeugen: Landgraf Ludwig, Markgraf Otto und die Grafen Dedo und Friedrich.*

**Boyneburg, 1166 Aug. 20.**

*Hdschr.: Or. Perg. Geh. Staatsarchiv Berlin. Das gut erhaltene S. = Heffner V. 33.*

*Gedr.: v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. 1,360. Stumpf 4075.*

15 — — Et quia nostra donatio ex voluntate Everhardi Nuenburgensis abbatis et fratrum illius ecclesie et in beneplacito et consensu advocati, marchionis Alberti videlicet et rursum ex sententia, quam adinvenit Udo venerabilis Nuenburgensis episcopus et Otto marchio de Missina omnibus principibus, qui Boumeneburg erant, consonantibus et consentientibus, illis videlicet principibus, qui sunt de terra, in qua Nuenburgensis ecclesia sita est, pro-  
20 cessit, nos hanc nostram donationem firmam et incommutabilem perpetuo esse volentes imperiali auctoritate nostra, ne quis possit vel audeat infringere, quod ita stabiliter promovimus, sub ymagine sigilli nostri communimus et corroboramus adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hec sunt. Hermannus Hildenesheimensis episcopus. Udo Nuenburgensis episcopus. Hermannus Vuldensis abbas electus. Albertus marchio. Lodewicus lant-  
25 gravius. Otto marchio Missinensis. Fredericus dux de Stoupha. Fredericus comes palatinus de Witelinesbach. Dipoldus dux Boemie. Rudolfus comes de Phullendorf. Dedo comes de Groice. Fredericus comes de Bren. Otto Magdeburgensis maior prepositus. Hartmudus eiusdem ecclesie canonicus. Fridericus notarius. Marquardus de Grumbac. Burgravius Magdeburgensis Burcardus. Theodericus burgravius de Kirberg. Heinricus  
30 de Büch. Conradus Makecherve. Heinricus de Erdenbronnen. Heinricus Struz. Conradus de Balnehusen. Gero de Seburg. Wikardus de Dielce. Ulricus dapifer curie Cunradus pincerna. Heinricus de Seburg. Erenfridus de Suterhusen. Wernerus de Nuenburg. Hermannus de Hallen. Heinricus de Seburg. Volmarus de Gyvekenstein. Albertus de Ornere. Gerbertus de Magdeburg et alii quam plures.

35 :Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.: (M.)

Ego Christianus imperialis curie cancellarius et Moguntine sedis electus recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M̄ L LXVI, indictione XIII, regnante domino Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XIII, imperii vero XII; feliciter amen; datum apud castrum Boumeneburg XII. kal. septembris.

(SJ.)